Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hieronymus, Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 105

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Epistula Hieronimi ad Marcellam de diapsalma

urn:nbn:de:bsz:31-1953

Visual Library

EPISTULA HIERONIMI AD MARCELLAM DE DIAPSALMA

QUAE ACCEPERIS REDDENDA CUM FAENORAE SUNT SOR
oris quae dilectationis usura parturit de diapsalmate nostram
sententiam flagitaveras epistulae brevitate causati su
mus, et rem libri non posse explicari litteris praetexuimus
Verum quid prodest ad eprodest ΟΑΙΩΚΓΗΙΝ meum ... ora ... abicia
piat, trachiam habeo pauca pro pluribus; quidam diapsalma
commutationem metri dixerunt esse. alii pausationem spiritus.
Nonnulli alterius sensus exordium; sunt qui rithmi dis
tinctionem et quia psalmi tunc temporis iuncta
voce ad organum canebantur cuiusdam musicae varieta
tis; nobis nihil horum videtur, cum aquila qui verborum he
breorum diligentissimus explicator est, sela hoc est diap
salma quod ex sam et h. lamet heh. scribitur. semper transtulerit. et invenimus in psalmo tertio. dentes peccato
rum contrivisti; domini est salus et super populum tuum be
nedictio tua; selah id est semper, et in XX IIII quis est iste
rex gloriae dominus virtutum ipse est rex gloriae semper. et
contra in psalmis multorum versuum paene ... non inveni
atur. In XXX videlicet sexto et LXX IIII. et CXVIII, rursus nonus
psalmus distinguatur canticum diapsalmatis. sunt itaque
quibusdam videtur diapsalma indicium silentii esse
non possit ex quo animadvertimus hoc verbum superiora pa
riter et inferiora conectere aut certe docere sempiter
na esse quae dicta sunt, ut est illud. In tertio multi dicunt
animae meae non est salus illi in deo suo eius et semper, rursum
voce mea ad dominum clamavi. et exaudivit me de monte
sancto suo. semper. et in IIII ut quid diligitis vanitatem et quaeri
tis mendacium. semper, et alibi. quae dicitis in cordibus
vestris et in cubilibus vestris conpungimini. semper. sci
re debetis autem. apud hebraeos in fine librorum unum e tribus
solere subnecti ut aut amen scribant aut selah aut salom
quod exprimunt pacem. unde et salomon pacificus dicitur,
Igitur ut nos solemus conpletis opusculis ad distinctionem.

:- silentio conectat taq. ne tedio ... quis:

:- qq(ue) fine ... positum ut est illud:

rei alterius sub sequentis medium interponere. explicit autem aut
feliciter aut aliquid istius modi. ita & hebraei ut que scribunt sunt
roborentur ut dicant amen aut in sempiternū & scribenda
cā memorant. ut ponant selach aut transacta feliciter p
testantur pacē in ultimo subnotanter; haec nos de imo
hebraeorū fonte libavimus non opinionū rivulos persequentes
neque errorū quibus totus mundus explêtus est varietate per
territi. sed cupientes & scire & docere quae vera sunt; quod si tibi
non videtur; quid origenis de diapsalmate senserit verbū inter
pretabor ad verbū ut quia novicia multa contempnes saltim
veteris viri auctoritate te ducaris; saepe per quirens causas cur
in quibusdā psalmis interpretatur diapsalma obseruavi dili
gentissime in hebraeo & cū greco contuli. inveni que quia ibi lin
gua hebraea selach in greco vero ha [illegible] b& semper aut quid
istiusmodi ibi lxx & theodotion & sym [illegible] machus transtule
runt. diapsalma vero neque hoc & ex em [illegible] plis adfirma
quod dicimus in lxxiiii psalmo cuius principiū est. confitebimur
tibi deus confitebimur & invocabimus nomen tuū. post illud
ego confir[illegible]vi columnas eius. apud lxx & theodotione &
symmachu[illegible] diapsalma; pro quo apud aquila ponderavi colum
nas eius. semper; in quinta autē editione ego sum qui paravi colum
nas eius. semper; in sexta ego firmavi columnas eius. iugiter; porro in
hebraeo hab& post ammuda quod est columnas eius selah & rursum
in septuagensimo quinto cuius principium est. notus in iudea d̄s. in
venimus apud lxx & theodotione post scutū & frameam et
bellū diapsalma. apud symmachū post clipeum & gladiū & bellū
similiter diapsalma. pro quo apud aquila post clipeū & gla
diū & bellū semper; apud quintā editione post scutū & rompheam
& bellū semper; in sexta vero post scutū & gladiū & bellū in finem;
erat que rursū in hebraico vamalaama quod est & bellū selah. & in
eodem psalmo post illū locū ut salvos faceret mites terrae diapsal
ma. apud symmachū similiter diapsalma. & apud aquila semper
nec non & apud quinta; in sexta vero in fine & in hebraico erat
post aniever quod est mites terre selach; atque ita cū tale unius
cuiusque editionis opinionē repperissemus. haec adnotavimus;

utrũ autẽ aliud da musice cantilenę aut rithmi inmutationem. qui interpretati sunt diapsalma senserint aliud uel intellexerint tuo iudicio derelinquo. hucusque origenis ac lux nos malluimus in hac disputatione dũtaxat imperitiã sequi quam stultitiã habere scientiã nescientium.

DORMIENTEM

Omne quod est nimium [illegible]

Inuentor ruti

A solis ortus c.

PATER

in eandem

Omne quod est nimium [illegible] semper uitale [illegible]

Qui uerbum de

qui uerbum dei retinere cord